

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1580.

PARS QUINTA

613

nisi falsa scribere valeat. Felicissime tua R. valeat, & me semper, ut solet, amet.  
Datæ Stutgardizæ, 4. Martii, Anno salutis, 1580

R. 164

studiosiss.

Lucas Osiander, D.

---

VII.

(Philippo Marbachio.)

S. D. Reverende & clarissime compater.

Qui has literas tibi exhibet, M. Casparus Traubius, Heidelsheimæ, uno tantum  
à patria mea illari natus est, & duodecim annos in studiis extra patriam vixit,  
nec dubito, quin paulò post usu vobis ipsius industria in ecclesiæ aut scholæ alicujus  
ministerio, esse possit. Decrevit operam suam Ill. electori Palatino deferre & obli-  
gare, si aliquandiu adhuc in Sapientiæ vestræ collegio studia ipsi pertexere & confir-  
mare licebit. Quæso igitur, ut eum benignè & diligenter juves. Existimo, vos  
libentius proœctioris ætatis & doctrinæ alumnos recipere, quam planè adolescentes.  
Itaque hac etiam de causa studiosius hunc M. Casparum provehas. De fratribus mei  
filio quid scribam, dubito. Fortassis societas nominis mei apud quosdam ipsi ob-  
erbit. Sed tamen honesto & candido ingenio, tametsi tardiore, præditus est, & na-  
tura magis ad Politicum aliquod seu fôrense munus, quam ad Ecclesiasticum duci  
videtur. Nulla autem adhuc ætatis vel judicii maturitas est, sed Juvenilia & rudia  
omnia. Tuo igitur consilio cum, si isthuc veniet, reges. Apud me negligentius  
studia colit, nec ego necessariam illi ætati assiduitatem præstare possum. Benè va-  
le. 18. Martii, Anno 1580.

David Chyträus.

---

IX.

Salutem in servatore Christo. Reverende & clariss. D.  
Doctor, preceptor & patrone plurimum observande.

DE epistola ad Backhuschiun nostrum reverenter ago gratias, quanquam eam  
illis non exhibui propter causas, quas coram recitabo. Et si autem multæ sunt  
causæ,

Hhhh 3